




De viris illustribus.

<https://hdl.handle.net/1874/311306>



Misc. theol.

Misc. theol.
Fol. n^o 308

306. Hieronymus, De viris illustribus. [Utrecht, Nic. Ketelaer en
G. van Leempt c. 1473]. 2o. F. 2o. 308¹

Type 1. — HMT 37 (38) 1. — CA* 933. — C II 2956. — MMW II 207. —
Pr. 8846.

Samengeb. met: P. Wann, Quadragesimale. Hagenau 1508.

Incipit prologus beati iheronimi
presbiteri in librum de viris illustribus.

Mortaris dexter. ut tranquillū sequēs ecclesiasticos
scriptores in ordinē digeram. Et quō ille in enume
randis gentiliū litterarū viris fecit illustribus:
id ego in nostris faciā id est a passione xp̄i. vsq; ad quartū
decimū theodosij imperatoris annū. omnes qui de scripturis
sanctis memorie aliquid prodiderunt tibi breuitate exponā
fecerunt quidem hoc idem apud grecos hermippus pipateticus.
Antigonus. caristius satirus doctus vir et longe omniū doc
tissimus aristozenus musicus apud latinos autem varro san
tranepos biginus tranquillus ad quorū exemplum vis cogere
me et prouocare. Sed non est similis mea et illoꝝ condicio
Illi enim historias veteres. ānalesq; replicantes. potuerūt
quasi de ingenti prato. parua opusculi sui coronam texere.
Ego quid adurus sum. qui nullū preuiū sequens. pessimum
ut dicitur magistrū memetipsum habeo. Quāquā et eusebius
pamphili in decē ecclesiastice hyborie libris maximo nobis
adiumento fuerit: et singulorum de quibus scripturi sumus
volumina: etates auctoꝝ suoꝝ sepe testentur. **U**taq; dñm
nostrum ihesum xp̄m p̄ceoz. ut quod cypero tuus. qui in arce
romane eloquentie stetit. nō est facere de dignatus in bruto
oratoꝝ latine lingue texens cathologū. id ego in ecclesie eiꝝ
scriptozibus enumerāndus digne. cohortatione tua impleam
Si qui autē de hīs qui vsq; hodie scriptitant a me in hoc
volumine p̄termisisti sunt. sibi magis quā michi imputare de
bebunt. Neq; enim celantes scripta sua. de hīs que nō legi
nosse potui. et quod alijs forsitan notum michi in hoc terrarum
angulo fuerit ignotū. Certe cum scriptis suis claruerint non



magnopere nostri silentij dispendia suspirabunt. **D**iscant igitur celsus porphirius. iulianus rabidi aduersus cristum canes. discant sectatores eorum. qui putant ecclesiam nullos philosophos et eloquentes. nullos habuisse doctores: quanti et quales viri. fudauerint. instruxerint. adornaauerint. et desinant fidem nostram. rustice tantum simplicitatis arguere. suamque potius impericiam recognoscant.

Incipiunt capitula seu enumerationes viroz illustrium.

S imon petrus	Ca. i.	Agrippa cognomento	
Jacobus fr̄ dñi	Ca. ii.	castoris	Ca. xxi.
Matheus qui et leui.	Ca. iii.	Egesippus hystor.	Ca. xxii.
Judas fr̄ iacobi	Ca. iiii.	Iustinus ph̄us	Ca. xxiii.
Paulus qui et saulus.	Ca. v.	Melito ep̄s	Ca. xxiiii.
Barnabas qui et io.	Ca. vi.	Theophilus ep̄s	Ca. xxv.
Lucas euāgelista	Ca. vii.	Apollinaris ep̄s	Ca. xxvi.
Marcus euāgelista	Ca. viii.	Dionisius ep̄s	Ca. xxvii.
Johannes ap̄tus et euā.	Ca. ix.	Pinitus ep̄s	Ca. xxviii.
Hermes qui et pastor	Ca. x.	Tacianus here.	Ca. xxix.
Philo iudeus	Ca. xi.	Philippus ep̄s	Ca. xxx.
Lucius aneus seneca	Ca. xii.	Mulanus ep̄s	Ca. xxxi.
Iosephus	Ca. xiii.	Modestus	Ca. xxxii.
Iustus tyberienus.	Ca. xiiii.	Bardesanes he.	Ca. xxxiii.
Clemens ep̄s	Ca. xv.	Victor ep̄s	Ca. xxxiiii.
Ignacius ep̄s	Ca. xvi.	Hyreneus ep̄s	Ca. xxxv.
Policarpus ep̄s	Ca. xvii.	Päthenus ep̄s	Ca. xxxvi.
Papias ep̄s	Ca. xviii.	Rodon	Ca. xxxvii.
Quadratus ep̄s	Ca. xix.	Clemens p̄b̄.	Ca. xxxviii.
Aristides ph̄us	Ca. xx.	Milichiaes	Ca. xxxix.

A pollonius	Ca. xl.	R ouacius heresi.	Ca. lxx.
S erapion	Ca. xli.	M alchion pbr	Ca. lxxi.
A polloni⁹ senator	Ca. xlii.	A rchelaus ep̄s	Ca. lxxii.
T heophilus ep̄s	Ca. xliii.	A natholius ep̄s	Ca. lxxiii.
B achilus ep̄s	Ca. xliiii.	V ictorin⁹ ep̄s	Ca. lxxiiii.
P olicrates ep̄s	Ca. xliv.	P amphilus pbr	Ca. lxxv.
H eracius ep̄s	Ca. xlvi.	P ierius pbr	Ca. lxxvi.
M aximus	Ca. xlviij.	L ucianus pbr	Ca. lxxvii.
C andidus	Ca. xlviij.	P hileas ep̄s	Ca. lxxviii.
A pion	Ca. xlix.	A rnobius pbr	Ca. lxxix.
S extus	Ca. l.	F irmianus	Ca. lxxx.
A rabianus	Ca. li.	E usebius ep̄s	Ca. lxxxi.
J udas	Ca. lii.	R eticus ep̄s.	Ca. lxxxii.
T ercullianus	Ca. liii.	M ethodius ep̄s	Ca. lxxxiii.
O rigenes	Ca. liii.	J uuent⁹ pbr	Ca. lxxxiiii.
A mmonius ph̄s.	Ca. lv.	E ustacius ep̄s	Ca. lxxxv.
A mbrosi⁹ dyaco⁹	Ca. lvi.	M arcellus ep̄s	Ca. lxxxvi.
T riphon	Ca. lvii.	A thanas⁹ ep̄s.	Ca. lxxxvii.
M inucius	Ca. lviiij.	A nthonius mo.	Ca. lxxxviii.
G aius	Ca. lix.	B asilus ep̄s	Ca. lxxxix.
B erillus ep̄s	Ca. lx.	T heodoruz	Ca. xc.
P politus ep̄s	Ca. lxi.	E usebius ep̄s	Ca. xci.
A lexander ep̄s	Ca. lxii.	T rifilius ep̄s.	Ca. xcii.
J ulius african⁹	Ca. lxiii.	D onacius here.	Ca. xciii.
G eminus pbr	Ca. lxiiii.	A sterius ph̄s	Ca. xciiii.
T heodoruz ep̄s	Ca. lxv.	L ucifer ep̄s	Ca. xcvi.
C ornelius ep̄s	Ca. lxvi.	E usebius ep̄s	Ca. xcvi.
C yprianus	Ca. lxvii.	F ortunaci⁹ ep̄s.	Ca. xcviij.
P onci⁹ dyacon⁹.	Ca. lxviii.	A tacius ep̄s	Ca. xcviij.
P yonisius ep̄s	Ca. lxix.	S erapion ep̄s	Ca. xcix.

Hylarius ep̄s Ca. c.
Victorin⁹ rethor Ca. ci.
Tytus ep̄s Ca. cñ.
Damasus ep̄s Ca. ciñ.
Apollinaris ep̄s Ca. ciñ.
Gregozius Ca. cv.
Pacianus Ca. cvi.
Fotinus heresiar. Ca. cvñ.
Pheadius Ca. cvñ.
Didimus cecus. Ca. cix.
Optatus Ca. cx.
Achilius seuerus Ca. cxi.
Cyrillus ep̄s Ca. cxñ.
Eufonius ep̄s Ca. cxñ.
Ephiphani⁹ ep̄s Ca. cxñ.
Effrem dyacon⁹ Ca. cxv.
Basilii ep̄s Ca. cxvi.
Gregori⁹ nazāse⁹ Ca. cxvñ.
Lucius ep̄s Ca. cxvñ.

Diodorus ep̄s Ca. cxix.
Euomi⁹ here. Ca. cxx.
Priscillian⁹ ep̄s Ca. cxxi.
Patronian⁹ ep̄s. Ca. cxxñ.
Tyberia⁹ boeci⁹ Ca. cxxñ.
Ambrosius ep̄s. Ca. cxxñ.
Euagrius ep̄s Ca. cxxv.
Ambrosi⁹ alexā⁹ Ca. cxxvi.
Maximus ep̄s Ca. cxxvñ.
Gregozius ep̄s. Ca. cxxvñ.
Johānes pb̄r Ca. cxxix.
Gelasius ep̄s Ca. cxxx.
Theotim⁹ ep̄s Ca. cxxxi.
Dexter Ca. cxxxñ.
Amphilonchi⁹ Ca. cxxxñ.
Dophozonius. Ca. cxxxñ.
Heronimus pb̄r qui et hūc
libellū cōscripsit. Ca. cxxxv

**Incipit liber beati iheronimi presbiteri
de viris illustribus. Capitulum primū.**



Simon petrus filius iohannis prouintie galilee. vico berhsaida frater andree apof toli. et p̄ncipes apof tolorum: post epifco patum āthiocēfis ecclefie. et p̄dicatiōē difperfiōis eozum qui de circumcifione crediderant in ponto galacia. capadotia. afia et bithīmia: fecundo claudij anno ad expugnandum fymonem magum romam pergit: ibiq; viginti quinque annos cathedrā sacerdotalem tenuit vſq; ad vltimum annum nero nis. i. quartumdecimum. a quo et affixus cruci martirio coro natus eſt. capite ad terram verfo et in fublime pedibus ele uatis: aſſerēs ſe idignū qui ſic crucifigereſ vt domin⁹ ſuus. Scripfit duas epifto las que canonicē nominantur. quarum ſecunda a plerifq; eius eſſe negatur p̄ofter ſili cum p̄ioze diſſonantiā. Sed et euāgelium iuxta marcum qui auditor eius et interpres fuit huius eſſe dicit. **¶** Libri autē de quib⁹ vn⁹ actuum eius inſcribitur ali⁹ euangelij. terci⁹ p̄dicatiōis quartus apocalipſeos. quint⁹ iudicij: inter apocriphas ſcrip turas repudiantur. Sepultus rome in vaticano iuxta viam triūphalē: totius orbis veneratione celebrat. **¶** Capit. ij.

Iacobus qui appellat⁹ frater domini cognomēto. iuſt⁹ vt non nulli exiſtimant ioseph ex alia vxore. vt autē michi videtur marie ſozozis matris domini. cuius iohannes in libro ſuo meminit filius: poſt paſſionem domini ſtatim ab apoſtolis iheroſolimozum epifcopus eſt ordinatus. vnā tm ſcripfit epifto lā. que de ſeptē canonicis eſt: que et ipſa ab alio quodam ſubnomine eius edita aſſeritur: licet paulatim tpe

procedente obtinuerit auctoritatem. **E**gecippus vicinus apostolorum temporibus in quinto commentariorum libro de iacob narrans ait. **S**uscepit ecclesiam iherosolimorum regendam per apostolos frater domini iacobus: cognomento iustus. **M**ulti siquidem iacobi vocabantur. sed hic de utero matris sanctus fuit: vinum et ficeram non bibit carnem nullam comedit. **N**umquam attonsus est nec unctus oleo nec usus balneo. huic sollicitum erat ingredi sancta sanctorum. **S**iquidem vestibus laneis non utebatur sed lineis: solus quoque ingrediebatur in templum. et fixis genibus pro populo deprecabatur: in tantum ut camelorum duriciam traxisse eius genua crederentur. **D**icit et alia multa que enumerare longum est. **S**ed et iosephus in vicesimo libro antiquitatum refert et clemens in septimo proptoseon. id est disputationum vel informationum. mortuo festo qui iudeam regebat missum esse a nerone successorem eius albinum. **Q**ui cum necdum ad provinciam peruenisset. **A**nianus inquit pontifex adolescens. aniani filius de genere sacerdotali. accepta occasione anarchias: id est principatus concilium congregavit. et compellens publice iacobum ut christum dei filium denegaret. contradicentem lapidari iussit. **Q**ui cum precipitatus de prima templi contractis cruribus adhuc semiuiuus tollens ad celum manus diceret. domine ignosce illis quid enim faciunt nesciunt. fullonis fuisse quo vda vestimenta extorqueri solent in cerebro percussus interiit. **T**radit idem iosephus tante eius sanctitatis fuisse et celebritatis in populo ut propter eius necem creditum sit subuersam esse iherosolimam. **H**ic est de quo

apostolus paulus scribit ad galathas. Aliū autem apostolorū
vidi neminem nisi iacobum fratrem domini. Et apostolorū
super hoc crebrius actus testatur. Euangelium quoque quod
appellatur scōm hebreos et a me nuper ī grecum sermonem
latinumque translatum est. quo et origenes sepe utitur. Post
resurrectionem saluatoris refert. Dominus autē cum dedisset
sindonem seruo sacerdotis ibat ad iacobum et apparuit ei.
Iurauerat enim iacobus se non cōesturum panem ab illa
hora qua biberat calicem domini. donec videret eum resur-
gentem a dormientibus. Rursusque post paululum. Afferte ait
dominus mensam et panem. Statimque additur. Tulit panē
et benedixit ac fregit. Et post dedit iacobo iusto et dixit.
Frater mi cōmede panem tuum. quia surrexit filius hominis
a dormientibus. Triginta itaque annis iherosolime rexit eccle-
siam. i. usque ad septimum neronis annum. et iuxta templum
vbi et precipitatus fuerat est sepultus. Titulum usque ad ob-
sisionem tyti et vltimam adriāi notissimum habuit. Quidā
de nostris in monte oliueti eum conditum putant sed falsa ē
eorum opinio. **Capitulum. iij.**

Atheus qui et leui ex publicano apostolus primus in
iudea propter eos qui ex circumcisione crediderāt euā-
gelium cristi hebreis litteris verbisque composuit. Quod quis
postea in grecum transfulerit non satis certum est. Porro ip-
sum hebraicum habetur usque hodie in cesariensi bibliotheca.
quam pamphilus martir studiosissime consecit. Michi quo-
que a nazareis qui in beroea vrbe syrie hoc volumine vtuntē
scribendi facultas fuit. In quo aduertendum est. quod vbiūque
euangelista siue ex persona sua siue ex domini saluatoris ve-
teris scripture testimonijs abutitur. non sequitur septuaginta
translatorum auctoritatem sed hebraicam. **E** quibus illa duo

sunt. **E**x egypto vocavi filium meum. **E**t quoniam nazareus vocabitur.

Capit. iij.

Iudas frater iacobi ipsam vnam parvam que de septem canonicis est epistolam reliquit. **E**t quia de libro enoch qui apocriphus est in ea assumit testimonium a plerisque reititur. **T**amen auctoritatem vetustate iam et vsu meruit vt inter sanctas scripturas computetur.

Capit. v.

Paulus apostolus qui ante saulus extra numerum duodecim apostolorum. de tribu beniamin et oppido iudee giscalis fuit. **Q**uo a romanis capto cum parentibus suis tharsus cilicie commigravit. **A** quibus ob studia legis missus iherosolimam. a gamalilee viro doctissimo cuius lucas meminit eruditus est. **C**um autem interfuisset neci martiris stephani et acceptus a pontifice templi epistolis ad persequendum eos qui in cristum crediderat damascum pergeret reuelatione compulsus ad fidem quemadmodum in actibus apostolorum scribitur in vas electionis de persecutore translatus est. **C**umque primum ad predicationem eius sergius paulus proconsul cypri credidisset. ab eo quod eum cristi fidei subiiceret sortitus est nomen. **E**t coniuncto sibi barnaba multis vrbibus peragratis reuertens qz iherosolimam. a petro iacobo et iohanne gentium apostolus est ordinatus. **E**t quia in actibus apostolorum plenissime de eius conuersatione scriptum est. hoc tantum dicam. qd post passionem domini vicesimo et quinto anno idest secundo neronis eo tempore quo festus procurator iudee successit felici. romam vinctus mittitur et biennium in libera manens custodia. aduersus iudeos de aduentu cristi cotidie disputavit. **S**ciendum autem in prima satisfactione nondum neronis imperio roborato nec

in tanta erūpente scelera quanta de eo narrant hystorie pau-
lum dimissum a nerone vt euangelium cristi in occidentis ꝑ-
partibus predicaretur sicut ipse scripsit in secunda epistola
ad thimotheum eo tempore quo et passus est. **E**t de vinculis
didauit epistolam. **I**n prima inquit mea satisfactione nemo
michi affuit sed omnes me dereliquerunt non eius imputet
Dominus autem affuit michi. et confortauit me. vt per me
predicatio compleretur. et audirent omnes gentes quia libe-
ratus sum de ore leonis. **M**anifestissime leonem propter feri-
tatem. neronem significans. **E**t in sequentibus. **L**iberauit me
ait de ore leonis. **E**t statim liberauit me dominus ab omni
opere malo et saluauit in regnum suum celeste. ꝑ. s. presens
sibi sentiret imminere martirium. **N**am i eadem epistola pre-
miserat. **E**go enim iam imoloꝝ et tempus resolutionis mee
istat. **H**ic ergo quartodecimo neronis anno. **E**odem die quo
petrus rome pro cristo capite truncatur. sepultusq; est in via
ostiensis anno post passionem dñi tricesimoseptimo. **S**cripsit
autem nouem ad septē ecclesias epistolas. **A**d romanos vnā
Ad corinthios duas. **A**d galathas vnā. **A**d ephesios vnā.
Ad philippenses vnā. **A**d colosenses vnā. **A**d thessaloni-
cēses duas. **P**reterea ad discipulos suos quatuor. **A**d thimo-
theum duas. **T**yto vnā. **P**hilemoni vnā. **E**pistola autem
que fertur ad hebreos nō eius credit̃ propter stili sermoꝝq;
dissonantiam. sed vel barnabe iuxta tertullianū vel luce euā-
geliste iuxta quosdā. vel clementis post romane ecclesie epis-
copi. **Q**uem aiunt sententias pauli proprio ordinasse et or-
nasse sermone. vel certe quia paulus scribebat ad hebreos.
et propter inuidiam sui apud eos nominis. titulum in pꝛici-
pio salutationis amputauerit. **S**cripserat autem vt hebreꝝ
hebrayce. i. suo eloquio disertissime; ea que eloquēter scripta

fuert in hebreo eloquentius vertisse in grecum: et hanc esse causam q̄ a ceteris pauli epistolis discrepare videatur. Legunt quidam et ad laodicenses. sed ab oībus exploditur.

Capitulum. vi.

Barnabas cyprius qui et ioseph leuites cum paulo gentium apostolus ordinatus vnam ad edificationem ecclesie pertinentem epistolā composuit que inter apocriphas scripturas legitur. Hic postea propter iohannem discipulum qui et marcus vocabatur separatus a paulo. nichilominus euangelice p̄dicationis iunctū sibi op̄ exercuit. **Ca. vii.**

Lucas medicus antiocensis vt eius scripta indicant greci sermonis nō ignarus fuit sectator apostoli pauli. et omnis eius peregrinationis comes: scripsit euangelium. De quo idem paulus. Misimus inquit cum illo fratrem: cuius laus ē in euangelio per omnes ecclesias. **Et ad colocenses.** Salutate vos medicus karissimus. **Et ad thimotheum** lucas mecum est solus. **Aliud** quoque edidit volumen egregium qd̄ titulo apostolorum praxeon idest actuum prenotatur. cuius hystoria vsq; ad biennium rome cōmemorantis pauli peruenit idest vsq; ad quartum neronis annum. **Ex** quo intelligimus in eadem vrbe librum esse compositum. **Igitur** periaois idest responsionem pauli et tecele. et totam baptisati leonis fabulā inter apocriphas scripturas computamus. **Quale** enim est vt indiuiduus comes apostoli inter ceteras eius res hoc solum ignorauerit. **Sed** et tertullianus vicinus illozum tpm refert presbiterum quemdam in asia philosten. i. amatorem pauli apostoli conuictū apud iohannem quod auctor esset libri: et cōfessum se hoc pauli amore fecisse et de loco excidisse. **Quidā** suspicantē quotienscūq; paulus dicat in epistolis suis meū euāgelium de luce significare voluē: et lucā nō solū ab a-

postolo paulo didicisse qui cum domino in carne non fuerat
sed a ceteris apostolis. Quod et ipse quoque in principio vo-
luminis sui declarat dicens: sicut tradiderunt nobis qui a pri-
ncipio ipsi viderunt: et ministri fuerunt sermonis. Igitur eu-
angelium sicut audierat scripsit. **V**ita vero apostolorum sicut
viderat ipse composuit. Dixit octoginta et quatuor annos
uxorem non habuit: et sepultus est constantinopoli ad qua-
m urbem vicesimo constantini anno ossa eius cum reliquijs. An-
dree apostoli de achaya translata sunt. **¶ Capitulum. viij.**

Marcus discipulus et interpres petri apostoli iuxta quod
petrum referentem audierat rogatus rome a fratribus
breue scripsit euangelium. Quod cum petrus audisset probavit
et ecclesijs legendum sua auctoritate tradidit sicut scripsit in
sexto hypotyposon. i. informationum libro et pappas iherapo-
litanus episcopus meminit huius marci. Et petrus in prima
epistola sua meminit sub nomine babilonis figuratim roma-
significans. **S**alutat vos ecclesia que est in babilone collecta
et marcus filius meus. **A**sumpto itaque euangelio quod ipse
fecerat perrexit egyptum. et primus alexandrie christum an-
nuntians constituit ecclesiam tanta doctrina et vite continen-
tia ut omnes sectatores christi ad exemplum sui cogeret. **P**e-
nitus philo disertissimus iudeorum iudeus alexandrie primam
adhuc ecclesiam iudaizantem quasi in laudem gentis sue li-
brum super hac conuersatione scripsit. **E**t quomodo lucas
narrat iherosolime credentes omnia habuisse communia sic
ille quod alexandrie fieri sub marco doctore cernebat memo-
rie tradidit. **M**ortuus est autem octavo neronis anno et se-
pultus alexandrie succedente sibi aniano. **¶ Ca. ix.**

Iohannes apostolus quem ihesus amavit plurimum filius
zebedei. et frater iacobi quem herodes post passionem

domini decollauit. **R**ouissimus omnium scripsit euangelium
rogatus ab asie episcopis aduersus thernum et alios here-
ticos et maxime tunc hebionitarum dogma consurgens. qui
asserunt cristum ante mariam non fuisse. vnde etiam compul-
sus est diuinam eius edicere natiuitatem. **S**ed et alia causa
huius scripture fertur quod cum legisset. mathei et marci. et luce
volumina probauerit quidem textum hystorie. et vera eos dix-
isse firmauerit. sed vnus tantum anni in quo et passus est
post carcerem iohannis hystoriam texuisse. pretermisso itaque
anno cuius acta a tribus exposita fuerant. superioris tem-
poris antequam iohannes clauderetur in carcere gesta narrauit.
sicut manifestum esse poterit hijs qui diligenter quatuor
euangeliorum volumina legerint. **Q**ue res diaphoniam id est
dissonantiam que videtur iohannis esse cum ceteris tulit.
Scripsit autem et vnam epistolam cuius exordium est. **Q**uod
fuit ab initio quod audiimus et vidimus oculis nostris.
quod perspeximus et manus nostre tractauerunt de verbo
vite que ab vniuersis ecclesiasticis et eruditis viris pro-
batur. **R**elique autem due quarum principium est. **V**enior
electe domine et natis eius. **E**t sequentis. **V**enior gaio ka-
rissimo quem ego diligo in veritate. iohannis presbiteri
asseruntur cuius hodieque alterum sepulchrum apud ephesum
ostenditur. **E**t non nulli putant duas memorias eiusdem
iohannis euangeliste esse super qua re cum per ordinem ad
papiam auditorem eius ventum fuerit differemus. **Q**uarto
decimo igitur anno. secundam post neronem persecutionem
mouente domiciano in pathmos insulam relegatus scrip-
sit apocalipsin: id est reuelationem quam interpretati sunt
iustinus martir et hyreneus. **I**nterfecto autem domiciano

et actibus eius ob nimiam crudelitatem a senatu recessis. sub
narua pertinace rediit ephesum. ibique usque ad traianum prin
cipem perseuerans totas asye fundauit rexitque ecclesias et con
fectus senio sexagesimo octauo post passionem domini anno
mortuus. ac iuxta eandem urbem sepultus est. **¶ Ca. x.**

Hermen cuius apostolus paulus scribens ad romanos
meminit dicens. Salutate flegontam. hermen. patrobam
herman et qui cum eis sunt fratres. Hunc asserunt auctorem
esse libri qui appellatur pastoris. et apud quasdam grece ec
clesias etiam publice legitur. Reuera utilis liber multique de
eo scriptorum veterum usurpauere testimonia. sed apud latinos
pene ignotus est. **¶ Capitulum. xi.**

Pdilo iudeus natione alexandrinus. de genere sacerdo
tum. idcirco a nobis inter scriptores ecclesiasticos po
nitur. quia in libro quem de prima marci euangeliste apud
alexandriam scripsit ecclesia in nostrorum laude versatus est.
non solum eos ibi sed in multis quoque prouintis esse come
morans et habitacula eorum dicens monasteria. Ex quo appa
ret talem primum in christum credentium fuisse ecclesiam. qua
les nunc monachi esse imitantur et cupiunt. ut nichil cuiusque
proprium sit. nullus inter eos diues. nullus pauper patrimo
nia egentibus diuidantur. orationi vacent et psalmis. doc
trine quoque et continentie. quales et lucas refert primum
iherosolime fuisse credentes. Viuit hunc sub gajo caligala
rome periclitatum quo ligatus sue gentis missus fuerat. cum
secunda vice venisset ad claudium in eadem urbe locutum esse
cum apostolo petro eiusque habuisse amicitias. et ob hanc cau
sam etiam marci discipuli petri apud alexandriam sectatores
ornasse laudibus suis. **¶ Extant huius preclara et innume
rabilia opera. In quinque libros moysi de confusione linguarum**

liber vnus. De natura et inuentione liber vnus. De hys
 que sensu precamur et testamur liber vnus. De eruditione
 liber vnus. De herede diuinarum rerum liber vnus. De di
 uisione equalium et contrariorum liber vnus. De tribus
 virtutibus liber vnus. Quare quorundam in scripturis
 mutata sint nomina liber vnus. De pactis libri duo. De vi
 ta sapientis liber vnus. De gygantibus liber vnus. Quod
 sompnia mittantur a deo libri quinqz. Questionum et solu
 tionum i exodum libri quinqz. De tabernaculo et decalogo
 libri quatuor. necnon et de victimis siue reppromissionibus
 siue de maledictis. De prouidentia. De iudeis. De conuersa
 tione vite. De alexandro et qd propriam rationem habeant
 muta animalia. et qd omnis insipiens seruus sit. Et de vita
 nostrozum librum de quo supradiximus vnum. de apostoli
 cis viris quem et inscripsit periso oytbe proti koy idest de
 vita contemplatiua. qd videlicet celestia contemplantur et
 semper orent deum et sub alijs iudicijs. De agricultura
 duo. De ebrietate duo. Sunt et alia eius monimenta inge
 niij que in manus nostras non peruenerunt. De hoc vulgo
 apud grecos dicitur platon philon izein philon platon izein
 id est aut plato philonem sequitur aut philo platonem se
 quitur. Tanta enim est similitudo sensuum et eloquij.

Capitulum. xñ.

Locius anneus seneca cordubensis fortini stoici disci
 pulus et patruus lucani poete. continentissime vite
 fuit. Quem non ponerem in catalogo sanctorum. nisi me ille
 epistole prouocarent que leguntur a pluribus. pauli ad se
 necam senece ad paulum. In quibus cum esset neronis ma
 gister et illius temporis potentissimus optari se dicit esse
 loci illius apud suos. cuius sit paulus apud cristianos.

Hic ante biennium quam petrus et paulus martirio corona-
rentur a nerone interfectus est. **¶ Capit. xiiij.**

Iosephus mathatye filius ex iherosolimis sacerdos a
vespaliano captus cum tyto eius filio relictus est. Qui
romam veniens: septem libros iudaice captiuitatis: impera-
toribus patri filioque obtulit. Qui et bibliothecae publice tra-
diti sunt. Et ob ingenij gloriā: statuā quoque rome meruit.
Descripsit autem et alios viginti libros antiquitatum. ab ex-
ordio mundi usque ad quartumdecimum annum domiciani ce-
saris et duos arachaisitetos. i. conflictus aduersus appionem
gramaticum alexandrinum. qui sub caligula legatus missus
ex parte gentilium. contra philonem etiam librum vitupe-
rationem gentis iudaice continentem scripserat. Alius quoque
liber eius qui inscribitur pericratopos logisimoi. i. de poten-
tia loquendi valde elegans habetur. In quo et machabeorum
sunt digesta martiria. Hic in octauodecimo antiquitatum li-
bro manifestissime confitetur propter magnitudinem signorum
christum a phariseis interfectum. et iohannem baptistam vere
prophetam fuisse et propter interfectionem iacobi apostoli
iherosolimam dirutam. **¶** Descripsit autem de domino in hunc
modum. Eodem tempore fuit ihesus sapiens vir si tamen vix
eum oportet dicere. Erat enim mirabilium patrum operum
et doctor eorum qui libenter vera suscipiunt. Plurimos quo-
que tam de iudeis quam de gentibus sui habuit sectatores et
credebatur esse christus. Cumque inuidia nostrorum principum
cruci eum pylatus addixisset nichilominus qui eum primū
dilexerant perseverauerunt in fide. Apparuit autem eis tertia
die viuens. Hec et alia mirabilia carminibus prophetarum
de eo vaticinantibus. Et usque hodie christianorum gens ab
hoc sortita vocabulum non deficit. **¶ Capit. xiiij.**

Iustus tyberiensis de prouintia galilea conatus est et ipse iudaicarū rerum hystoriam texere. et quosdā cōmentariolos descripsit. Sed hunc iosephus arguit mendaciū. Constat autē illum eodem tempore scripsisse quo et iosephum.

Capitulum. xv.

Clemens de quo apostolus paulus ad philippenses scribens ait. Cum clemente et ceteris cooperatozibus meis quozum nomina scripta sunt in libro vite. quartus post apostolum petrum rome episcopus fuit. Siquidem secundus linus fuit. Tercius anacletus. tametsi plerique latinozū secundum post apostolum petrum putent fuisse clementem. Scripsit ex persona romane ecclesie ad ecclesiam chozinthiozū valde vtilem epistolam. et que ī non nullis locis etiam publice legitur. que michi videtur karakteri epistole que sub nomine pauli ad hebreos fertur conuenire. Sed et multis de eadem epistola non solum sensibus sed iuxta verbozū quoque ordinem abutitur. et omnino grandis in vtracq; similitudo est. Fertur et secunda ex eius nomine epistola que a veteribus reprobatatur. et disputatio petri et appionis longo sermone conscripta. quam eusebius in tercio ecclesiastice hystorie volumine coarguit. Obijt tercio traiani anno: et nominis eius vsque hodie memoriam rome exstructa ecclesia custodit.

Capitulum. xvi.

Ignacius anthiochene ecclesie tercius post petrum apostolum episcopus persecutionem commouente traiano dampnatus est: et ad bestias romam vincus mittitur. Cumq; nauigans smirnam venisset vbi polycarpus auditor iohannis apostoli episcopus erat. scripsit vnam epistolam ad ephesios. alteram ad magnesianos.

terciam ad trolleses quartam ad romanos. Et inde egrediens scripsit ad philadelphenos. et smirneos. et proprie ad polycarpum. comedans illi anthiochenam ecclesiam. In qua et de euangelio quod nuper a me traslatum est. super psona cristi ponit testimonium dicens. Ego vero et post resurrectionem in carne eum vidi: et credo quia sit. Et quando venit ad petrum et ad eos qui cum petro erant dixit eis. Ecce palpate et videte. quia non sum demonium incorporale: et statim tenuerunt eum et crediderunt. Dignum autem michi videtur quia tanti viri fecimus mentionem. de epistola eius quam ad romanos scripsit pauca ponere. De siria usque romam pugno ad bestias in mari et in terra. nocte ac die. ligatus cum decem leopardis hoc est militibus qui me custodiunt: quibus et cum benefecero peiores fiunt. Iniquitas autem eorum mea doctrina est. sed non idcirco iustificatus sum. Utinam fruar bestiis que michi sunt preparare: quas et oro veloces esse michi ad interitum. et ad supplicia: et illiciam eas ad me comedendum. ne sicut et aliorum martirum non audeant corpus attingere meum. Quod si noluerint venire. ego vim faciam. ego me ingeram ut deuorer. Ignoscite michi filioli mei: quid michi prosit ego scio. Nunc incipio esse discipulus cristi: nichil de his que videtur desiderans: ut cristum ihesum inueniam. Ignis crux bestie fractio ossium. membrorumque diuisio et totius corporis contritio: et tormenta dyaboli in me veniant: tantum ut cristo fruar. Cumque iam dampnatus esset ad bestias: et ardore patiendi. rugientes audiret leones: ait frumentum christi sum. dentibus bestiarum molar. ut panis mundus inueniar. Passus est autem sexto traiani anno. Reliquie corporis eius in anthiochia iacent extra. portam dasniticam in cimiterio.

Capitulum. xvij.

Policarpus iohannis apostoli discipulus et ab eo smirne episcopus ordinatus: totius asie princeps fuit. Quippe qui nonnullos apostolorum et eorum qui dominum viderant magistros habuerit et viderit. Hic propter quasdam super diem pasche questiones sub imperatore athonino pio ecclesiam in vrbe regem te amiceto romam venit. vbi plurimos credentium martionis et valentini persuasione deceptos reduxit ad fidem. Cumq; ei fortuito obuius fuisset marcion et diceret. Cognosce nos: respondit. Cognosco primogenitum sathane. Postea vero regnante marco anthonino et lucio aurelio commodo. quarta post neronem persecutione smirne sedente pro consule et vniuerso populo in amphiteatro aduersus eum personante. igni traditus est. Scripsit ad philippenses valde vtilem epistolam: que vsque in hodiernum diem in asie legitur conuentu.

Capitulum. xvij:

Pappas iohannis auditor iberapolitanus in asya episcopus. quinq; tantum scripsit volumina: que prenotauit explanatio sermonum domini: In quibus cum se in prefatione asserat non varias opiniones sequi sed apostolos hinc auctores ait. Considerabam quid andreas. quid petrus dixisset. quid philippus. quid thoas. quid iacobus. quid iohannes. quid matheus vel alius quilibet discipulorum domini. quid etiam aristion et senior iohannes domini discipuli loquebantur. Non enim libri tantum michi ad legendum prosunt perpetua vox et vsq; hodie in suis auctoribus personans. Ex quo apparet ex ipso catalogo nominum alium esse iohannem qui inter apostolos ponitur et alium seniozem iohannem quem post aristionem enumerat. Hoc autem dicimus propter superiozem opinionem qua a plerisque retulimus traditum. duas epistolas posteriores. apostoli iohannis non esse

60
sed presbiteri. **H**ic dicitur mille annorum iudaicam edidisse
aeopterosen. i. nouitatem que secutus est hireneus et appol
linaris et ceteri qui post resurrectionem aiunt in carne cum
sanctis dominum regnaturum. **T**ercullianus quoque in libro
de spe fidelium et victorinus picabionensis et lactantius in
hanc opinionem deducuntur. **Capit. xix.**

Quadratus apostolorum discipulus publico athenarum
episcopo ob cristi martirium coronato in locum eius
substituitur. et ecclesiam grandi terrore dispersam fide et in
dustria sua congregauit. **C**umque adrianus athenis exegisset
hyemen inuisens eleusinam et omnibus pene grecie sacris
iniciatus. dedisset occasionem hijs qui cristum oderant absque
precepto imperatoris vexare credentes. porrexit ei librum pro
nostra religione compositum valde utilem plenumque ratiois
et fidei et apostolica doctrina dignum. **I**n quo et antiquita
tem sue etatis ostendens ait plurimos a se visos qui sub do
mino in iudea varijs oppressi calamitatibus sanati fuerant.
et qui a mortuis resurrexerant. **Capit. xx.**

Arischides atheniensis philosophus eloquentissimus
et sub pristino habitu discipulus cristi. scripsit volumē
nostri dogmatis rationem continens eodem tempore quo et
quadratus adriano principi dedit. **A**pologeticon. i. excusabi
lem pro cristianis quod usque hodie perseverans apud philo
sophos ingenij eius indicium est. **Capitulum. xxi.**

Agrippa cognomento castoris. vir valde doctus aduer
sus vigintiquatuor volumina basilidis heretici. que
in euangelium confecerat fortissime disseruit. prodens vni
uersa misteria eius et prophetas enumerans barchabam et
barchob et ad terrorem audientium alia quedam barbara
nomina figurans. et deum maximum eius abraxas qui quasi

annum continens iuxta grecorum numerum supputet. **M**ortuus est autem basilides a quo gnostiti in alexandria temporibus adriani qua tempestate et cochabas dux iudaice factionis cristianos varijs supplicijs enecavit. **¶ Ca. xxij.**

Ecceppus vicinus apostolorum temporum: omnes a passione domini vsque ad suam etatem ecclesiasticorum actuum texit hystorias: multaq; ad vtilitatem legentium pertinentia. hinc inde congregans quinq; libros composuit sermone simplici: vt quorum vitam sectabatur: dicendi quoq; exprimeret caracterem. **A**sserit se venisse romam sub aniceto qui decimus post petrum episcopus fuit: et perseuerasse vsq; ad eleutherium eiusdem vrbis episcopum: qui aniceti quodam dyaconus fuerat. **P**reterea aduersum ydola disputans quo primum errore concreuissent subtexit hystoriam ex qua ostendit qua fluerit etate. **A**it enim. **T**umulos mortuis templaq; fecerunt. sicut vsq; hodie videmus. **E** quibus et antinous seruus est adriani cesaris: cuius et gimnicus agone exercetur apud antinouum ciuitatem. quam ex eius nomine condidit: et prophetas statuit in templo. **A**ntinouum autem in delicijs habuisse adrianus cesar describit. **¶ Ca. xxij.**

Iustinus philosophus habitu philosophorum incedens de neapoli vrbe palestine patre prisco bachio pro religione cristi plurimum laborauit: in tantum vt antonino quoq; pio et filijs eius et senatui librum contra gentes scriptum daret: ignominiamq; crucis non erubesceret: et alium librum eiusdem antonini successoribus antonino marco. antonino vero et lucio aurelio commodo. **E**xtat huius et aliud volumen contra gentes: vbi et de demonum quoq; natura disputat et quartum aduersus gentes cui titulum prenotauit eletchos. **B**ed et alius de monarchia dei: et alius quem prenotauit

psalten et alius de anima et dyalogus cōtra iudeos quem ha-
buit aduersus triphonem pzincipem iudeorum. sed et contra
marcionē in signia volumina quoz hyreneus q̄ i quinto ad-
uersus hereses libro meminit. Et alius liber contra omnes
hereses: cuius facit mentionem in apologetico quem dedit ā
tonino pio. **Hic** cum in vrbe roma haberet aiatkibas. i. dis-
sentiones et conflictus: et crescentem cinicum. i. turpiter et
canino more viuētem et dicitur cinicus a cinos q̄ est canis
cinicum qui multa aduersus cristianos blasphemauerat re-
dargueret: gulosum et mortis timidum luxurieq̄ et libidinū
sectatozem: ad extremum studio eius et insidijs accusatus q̄
cristianus esset. pro cristo sanguinem fudit. **Ca. xiiij.**

Melito asianus sardensis episcopus libz ipatozi marco
antonino vero qui frontonis oratoris discipulus fuit
pro cristiano dogmate dedit. Scripsit quoq̄ et alia de quibz
ista sunt que subiecimz. De pascha duos libros. De vita pro-
phetarum libzum vnum. De ecclesia libzū vnum. De die do-
dominico libzum vnum. De fide libzum vnum. De plasmate
libz vnum. De sensibus libz vnū. De anima et corpore libz
vnum. De baptisate libzum vnum. De veritate libz vnū
De generatione cristi libzum vnum. De prophetia sua libz
vnum. De philogenia. i. hospitalitate libzum vnū. Et aliū
libzum qui clavis inscribitur. De dyabolo libzum vnū. De
apocallpsi iohānis libz vnū. kaitonperien goo atoythyo libz
vnum. Et eglogarum libros sex. Cuius elegans et declama-
torium ingenium torcullianus in septem libris quos aduer-
sus ecclesiam scripsit pro montano cauillatur dicens eum a
plerisq̄ nostrozum prophetam putari. **Ca. xxv.**

Theophilus sextus anthiochene ecclesie episcopus sub
imperatoze marco antonino vero libzum contra mar-
tionem composuit: qui vsq̄ hodie extat. Feruntur eius ad

antolicū tria volūta et cōtra heresim hermogenis liber vn⁹:
et alij breues elegantesq; tractatus ad edificationem ecclesie
pertinentes. Legi sub nomine eius in euangelium et prouer
bia salomonis commentarios. qui michi cum superiorum vo
luminum elegancia et pbrasi. i. narratione non videntur con
gruere.

Capitulum. xxvi.

Apollinaris asie iherapolitanus episcopus sub impera
toze marco anthonino vero floruit. cui insigne volu
men pro fide cristianoꝝ dedit. Extāt et eius alij libri quī
que aduersus gentes. libri tres de veritate. Duo aduersus ca
tharigas tunc primum cum prisca et maximilla insanis va
tibus insipiente montano.

Capit. xxvii.

Dionisius chozinthioꝝ ep̄s tante eloquētie et idustrie
fuit. vt non solum sue ciuitatis et prouintie populos.

Sed et aliarum prouintiarum et vrbium. epistolis erudiret

Equibus est vna ad lacedemones. alia ad athenienses. Ter

cia ad nicomedienses. quarta ad cretenses. quinta ad ecclesi

am amasdrinam et ad reliquas ponti ecclesias. sexta ad gno

fianos et ad pinitū eiusdem vrbis ep̄m. septima ad romanos

quam scripsit ad sotherem ep̄m eoꝝ. octaua ad crisophoram

sanctam feminam. Claruit sub imperatoze marco antonino

vero et lucio aurelio commodo.

Capit. xxviii.

Dionitus cretensis gnosie vrbis episcopus ad dyonisium

cozinthioꝝ ep̄m valde elegantem scripsit eplām in qua

docet non semp lacte populos nutriendos ne quasi peruuli

abvltimo occupent die sed et solido vesci debere cibo vt in

spiritalē proficiant senectutem. Et hic sub marco anthonino

et lucio aurelio cōmodo floruit.

Capit. xxix.

Achianus heresiarches qui primum oratoꝝiam docēs

non paruam sibi gloriā ex arte rethorica cōpauerat

iustini martiris sectator fuit florens in ecclesia quod diu ab eisdem
latere non discessit. Postea vero elatus eloquentie tumore nouam
heresim condidit que encraticarum dicitur quam postea seuerus auerit
a quo eiusdem partis heretici seueriani usque hodie appellantur.
Porro taciannus infinita scripsit volumina e quibus unum floren-
tissimum contra gentes extat liber qui inter omnia opera eius fertur
insignis. Et hic sub imperatore marco antonino vero et lucio
aurelio comodo floruit.

Capitulum xxx.

Philippus episcopus cretensis hoc est urbis gortine cu-
ius dyonysius in epistola sua meminit. quam scripsit ad eisdem
dem ciuitatis ecclesiam. Preclarum aduersus marcionem edi-
dit librum. temporibus marci antonini veri et lucii aurelij
comodi floruit.

Capitulum xxxi.

Misanus non ignobilis inter eos qui de ecclesiastico
dogmate scripserunt. sub imperatore marco antonino
vero et lucio aurelio comodo. confecit librum ad quosdam
fratres qui de ecclesia ad encraticarum heresim declinauerunt.

Capitulum xxxii.

Modestus et ipse sub imperatore marco antonino vero
et lucio aurelio comodo aduersus marcionem scripsit
librum. qui usque hodie extat. Feruntur sub nomine eius et alia
sintagmata. sed ab eruditis quasi pseudo epigrapha. id est false
supercriptionis repudiantur.

Capitulum xxxiii.

Bardesanes in mesopotamia habitus est clarus. qui pri-
mum valentini sectator deinde confutatus nouam ipse
heresim condidit. Ardens eius a siris predicatur ingenium. et
in disputatione uehemens. Scripsit infinita aduersum pene
omnes hereticos qui etate eius pullulauerunt. In quibus cla-
rissimus ille et florentissimus liber est quem marco antonino
de fato tradidit et multa alia super persecutione volumina.

que sectatores eius de syra lingua verterunt in grecam. Si autem tanta vis et fulgor est in interpretatione quāta putamus in sermone proprio. **Capit. xxxiii.**

Uictor terciusdecimus vrbis rome episcopus super questione pascha et alia quedam scribens opuscula rexit ecclesiam sub seверо p̄cipe annis decem. **Capit. xxxv.**

Hreneus fotini episcopi qui lugdunensem in gallia regebat ecclesiam p̄s biter. a martiribus eiusdem loci ob quāsdam ecclesie questiones legatus romam missus. honorificas super nomine suo ad eleutherium episcopum refert litteras. Postea iam fotino prope nonagenario ob crisi martirium coronato in locum eius substituitur. Constat autem policarpi cuius supra fecim⁹ mentionē sacerdotis et martiris hūc fuisse discipulū. Scripsit quinq; aduersus hereses libros et contra gentes volumē breue. Et de disciplina aliud. Et ad marcianū frēm aliud de apostolica predicatione. Et libꝝ variorum tractatum. Et ad blastum de scismate. Et ad flozinū de monarchia siue q̄ deus non sit conditor malorum et de ogdoade. i. ogdoade egregiū sintagma. i. documentū in cui⁹ sine significat se apostolorū temporū vicinum fuisse. Subscribit etiam. Adiuro te qui transcribis libꝝ istum per dñm nostrū ihesum cristum et per gloriozum eius aduentū quo iudicaturus est viuos et mortuos vt conferas postquam transcripseris: et emendes illum ad exemplar vnde scripsisti diligentissime. Hanc quoq; obtestationem similiter transferas. vt inuenisti in exemplari. Feruntur eius et alie ad victorem episcopum romanum de questione pasche epistole. in quibus comonet eum non facile debere vnitatē collegij scindere. Siquidem victor multos alie et orientis ep̄os qui quartadecima luna cum iudeis pascha celebrant. dampnandos crediderat.

In quam sententiam etiam hñ qui discrepabant ab illis vic-
tozi non dederunt manus. Floruit maxime sub cōmodo prin-
cipe: qui marco antonino vero successerat. ¶ **Ca. xxxvi.**

Panthenus stoice secte philosophus iuxta quamdam
veterem in alexandria consuetudinem, vbi a marco
euangelista semper ecclesiastici fuere doctores. tãte prudentie
et eruditionis in scripturis sanctis. quam in seculari littera-
tura fuit: vt in indiam quoq; rogatus ab illi⁹ gentis legatis
a demetrio alexandrie episcopo mitteretur. vbi repperit bar-
tholomeum vnum de duodecim apostolis. aduentum domini
nostri ihesu cristi iuxta mathei euangelium predicasse: quod
hebzeis litteris scriptum: reuertens alexandriam secum detu-
lit. Huius multi quidem in scripturam sanctam extant comē-
tarij: sed magis viua vox ecclesiis profuit. Docuit sub seuerō
principe et ātonino cognomēto caracalla. ¶ **Ca. xxxvii.**

Rodon genere asianus a taciono de quo supradiximus
rome ī scripturis eruditis edidit plurima: p̄cipuum
q; aduersus marcionem opus in quo refert quō ipsi q; inter
se marcionite discrepent: et appellem semen alium hereticū
a se quondam fuisse et conuidum et risui habitum: eo q; deū
quem coleret. ignorare se dixerit. Meminit in eodem libro
quem scripsit ad calistionem: tacioni se rome fuisse auditorē
Sed et in exameron elegantes tractatus composuit: et ad-
uersus catafrigas ī signe opus. Temporibus q; seueri et cō-
modi floruit. ¶ **Capi. xxxviii.**

Clemens alexandrie ecclesie p̄s biter p̄theni de quo
supra retulimus auditor: post ei⁹ mortē alexandrie ec-
clesiasticam scolam tenuit: et catecheseon. i. doctē max mag-
ister fuit. Feruntur eius insignia volumina plenāq; erudi-
tionis et eloquentie: tam de scripturis diuinis q̄ de secularis

litterature instrumenta. **E** quibus illa sunt stromateicos. i. varietatum et ypotyposeon id est informationum libri octo **A**duersus gentes liber vnus. **D**e pedagogis libri tres. **D**e pascha liber vnus. **D**e ieiunio liber vnus. **D**e disceptatione liber vnus: et alius qui inscribitur: quisnam ille diues sit. **D**e obtrectatione liber vnus. **D**e canonibus ecclesiasticis et aduersus eos qui iudeorum errorem sequuntur liber vnus: que proprie alexandro iherosolimoꝝ episcopo prospohonesen ostendit. **M**eminit autem in stromatibus suis. voluminis taciiani aduersus gentes de quo supradiximus: et cassiani cuiusdam cronographie. quod opusculum inuenire non potui: nec non et de iudeis aristobolum quemdam et demetrium et eupolemium scriptores aduersus gentes refert: qui in similitudine iosephi archikronan. i. principio temporum moysi et iudaice gentis asseruerint. **E**rat alexandri iherosolimoꝝ episcopi qui cum narcisso postea rexit ecclesiam. epistola supordinatione asclepiadis confessoris ad anthiocenses congratulans eis: in qua posuit in fine. **H**ec vobis domini fratres scripta transmisi. per clementem beatum presbiterum virum illustrem et probatum: quem vos quoque scitis. et nunc plenius cognoscetis. **Q**ui cum huc venisset iuxta prouidentiam et visitationem dei: confirmavit et auxit ecclesiam dei. **C**onstat autem originem huius fuisse discipulum. **F**loruit autem seueri et antonini filij eius temporibus. **¶ Capit. xxxix.**

Michiades cuius roden in opere suo quod aduersus mantanum in priscam maximillamque composuit recordatus est: scripsit contra eosdem volumen precipuum: et aduersus gentes iudeosque libros alios: et principibus illius temporum apologeticum dedit. **F**loruit autem marci antonini comodique temporibus. **¶ Capitulum: xl.**

Apollonius vir disertissimus scripsit aduersus montanum. et priscam maximillamq; insigne et longum volumen: in quo asserit montanū et insanas vates eius perisse suspendio. et multa alia in quibus de prisca et maximilla refert dicens. **S**i negant eas accepisse munera: cōfiteantur nō esse prophetas que accipiunt: et mille hoc testibus approbabo. **S**ed ex alijs fructibus probantur prophete. **D**ic michi. **C**rinem fucat prophetas. **S**tibio oculos linit. **V**estibus ornat et gēmis. **P**ropheta tabula ludit et tesseris. **P**ropheta fenus accipit. **R**espondeant vtz hoc fieri liceat: an nō. **M**eū est probare. quia fecerint. **D**icit ī eodem libro quadragesimū esse annum. vsque ad tempus quo et ipse scribebat librum ex quo heresis catafrigaz habuerit exordium. **T**ercullianus sex voluminibus aduersus ecclesiam editis q; scripsit de excessu mentis. septimum proprie aduersus appollonium elaborauit: in quo omnia que ille arguit conat defendere. **F**lozuit autem appollonius sub commodo seuereq; principibus.

Capitulum. xli.

Erapion vndecimo comodi imperatoris anno antiochie episcopus ordinatus: scripsit epistolam ad carinā et pontum de heresi montani. in qua et hoc addidit. **D**e autē sciatis falsi huius dogmatis. i. noue prophete ab omni mūdo insaniam reprobari. nisi vobis apollinaris beatissimi qui fuit in iherapoli asie episcopus litteras. **A**d donum quoque qui persecutionis tempore ad iudeos declinauerat volumen composuit et alium de euangelio q; sub nomine petri fertur librum ad roensem cilicie ecclesiam: que in heresim eius lectione diuerterat. **L**eguntur et spersim breues eius epistole auctoris sui ackesoy. i. intelligentie et vite congruentes.

Capitulum. xliij.

Apollonius romane urbis senator sub commodo prin-
cipe a seruo proditus q̄ cristianus esset: impetrato vt
rationem sue fidei redderet. insigni volumen composuit quod
in senatu legit: et nichilominus sententia senatus pro cristo
capite truncatur: vetere apud eos obtinente lege. absq; nega-
tione non dimitti cristianos qui semel ad eorum iudicium
protracti essent. **Capitulum. xliij.**

Theophilus cesaree palestine que olim turris stratonis
vocabatur episcopus. sub seuro principe aduersum eos
qui quartadecima luna cum iudeis pascha faciebant: cum ce-
teris episcopis sinodicam et valde vtilem composuit epistolā

Capitulum. xliij.

Basilides chozinchorum episcopus sub eodem seuro
principe clarus habitus est: et de pascha ex omnium
qui in achaia erant episcoporum persona elegantem librum
scripsit. **Capitulum. xlv.**

Policrates ephesiorum episcopus cum ceteris episcopis asie qui iuxta
quandam veterem consuetudinem quartadecima cum iu-
deis luna pascha celebrabant scripsit aduersum victorem episcopum
romanum sinodicam epistolam. in qua docet se iohannes apostoli et
veterum auctoritatem sequi: de qua pauca hec excerptum. Nos
igitur inuolabilem pasche celebramus diem: neque addentes ali-
quid neque diminuentes. **E**teim in asia luminaria maxima dor-
mierunt: que resurgent in die domini quando venturus est de celis in
maiestate sua. suscitare omnes sanctos. **P**hilippum loquor de duo-
decim apostolis qui dormiuit in iherapoli et duas filias eius
que virgines senuerunt et aliam eius filiam que spiritu sancto
plena in epheso occubuit. **E**t polycarpus episcopus et martir
smirne cubat. traseas quoque episcopus et martir de eumenia
in eadem smirna requiescit. **Q**uid necesse est sagaris episcopi

et martiris. recordari qui in laodicia soporatur et beati pa-
piri et melitonis in spiritu sancto eunuchi qui deo seruiens
positus est in sardis et expectat in aduentu eius resurrecti-
onem. **H**ij omnes obseruauerunt diem pasche quarta decima
luna ab euangelica traditione in nullam partem declinantes
et ecclesiasticum sequentes canonem. **E**go quoque minimus
omnium vestrum polycrates secundum doctrinam propinquo-
rum meorum quos et secutus sum septem siquidem fuerunt pro-
pinqui mei episcopi et ego octauus semper pascha celebraui
quando populus iudeorum azima faciebat. **I**taque fratres sex-
aginta annos habens etatis mee in domino et a multis de
toto orbis fratribus eruditus peragrata omnium scriptura non
formidabo eos qui nobis minantur. **D**ixerunt enim maiores
mei obedire magis oportet deo quam hominibus. **H**ec prop-
terea posui ut ingenium et auctoritatem viri ex paruo opus-
culo monstrarem. **F**loruit seueri principis temporibus eadem
etate qua narcissus iherosolime existerat. **¶ Ca. xlvi.**

Heraclius sub commodi seuerique imperio in apostolum com-
mentarios composuit. **¶ Ca. xlvij.**

Maximus sub hisdem principibus famosam questionem in
signi volumine ventilauit unde malum et quod materia a deo
facta sit. **¶ Capit. xlvij.**

Quidius regnantibus supradictis imperatoribus in exa-
meron pulcherrimos tractatus edidit. **¶ Ca. xlix.**

Apion sub seueri principe similiter in exameron tracta-
tus fecit. **¶ Capit. l.**

Sextus sub seueri imperatore librum de resurrectione scripsit.

¶ Capitulum. li.

Arabianus sub eodem principe edidit quedam opuscula ad
christianum dogma pertinentia. **¶ Capit. liij.**

Iudas de septuaginta apud daniem ebdomadib⁹ plenissime disputauit et cronographian. i. cronographiã superiorum tpm vsq; ad decimum seueri pertinacis perduxit annũ. In qua errozis arguit qd aduentum anticristi circa sua tpa futurũ esse pdixerit. Sed hoc ideo. qz magnitudo persecutionũ. presentem mundi minabat occasum. **Ca. liij.**

Tercullianus presbiter qui nunc demum primus post victorem et apollonium latinoꝝ ponitur prouincie affrice ciuitatis cartaginenſis patre centurione proconsulari. Hic acris et uehementis ingenij sub seuero principe et antonino caracalla maxime floruit multaq; scripsit uolũa que quia nota sunt plurimis pretermittimus. Didi ego quemdã paulum concordie quod opidũ ytalie est senẽ qui beati cypriani iã grãdis etatis notariũ cũ ipse ad modũ esset adolescẽs rome uidisse diceret referentem que sibi solitũ numq; cyprianum absq; terculiani lectione vnã preterisse diem ac sibi crebro dicentem da michi mgrm terculianũ uidelicet signãs Hic vsq; ad mediam etatẽ presbiter fuit ecclesie affrice. Inuidia postea et contumelijs clericorũ romane ecclesie ad montani dogma delapsus in multis libris noue prophetie meminit. Specialiter aut aduersus ecclesiã texuit uolũa de pudicitia de psecutione de ieiunijs de monagamia de extasi libros sex et septimum quẽ aduersus apolloniũ composuit. Fertur vsq; ad decrepitã uixisse etatem et multa que nõ extant uolumina condidisse. **Capit. liij.**

Origenes qui et adamantius decimo seueri ptinacis a no aduersus cristianos persecutione commota. leonide patre eius cristi martirio coronato cum sex fratribus et mře uidua pauper relinquit annos natus circiter septemdecim. Rem enim familiarem ob cristi cõfessionẽ fisco occupauerat.

Hic alexandrie dispersa ecclesia octauodecimo etatis sue an-
no catecheseon. i. doctrinarum opus aggressus postea a deme-
trio eiusdem urbis episcopo in locum clementis presbiteri con-
firmatus per multos annos floruit. **E**t cum medie esset eta-
tis et propter ecclesiam achaye que plurimis heresibus vex-
abatur sub testimonio ecclesiastice epistole athenas per pa-
lostinam pergeret a theodisto et alexandro cesaree et ihero-
solimorum episcopis presbiter ordinatus demetrii offendit
animos. qui tanta aduersus eum debachatus est insania ut
per totum mundum super nomine eius scriberet. **C**onstat eum
antequam migraret fuisse rome sub zepherino episcopo et
statim alexandriam reuersum heraclam presbiterum qui in
habitu philosophi perseuerabat adiutorem sibi fecisse cathe-
cheseon. i. doctrinarum qui quidem et post demetrium alexan-
drinam tenuit ecclesiam. **Q**uante autem glorie fuerit hinc
apparet. quod firmilianus cesaree episcopus cum omni cappadocia
eum inuitauit. et diu tenuit. et postea sub occasione sanctorum
locozum palestina veniens diu cesaree ab eo in sanctis scrip-
turis eruditus est. **S**ed et illud quod ad mammeam matrem alex-
andri imperatoris religiosam feminam rogatus venerit an-
tiochiam. et summo honore habitus sit. et ad philippum im-
peratorem qui primus de regibus romanis cristianus fuerit
et ad matrem suam litteras fecit que usque hodie extant quis
ignorat. et quod tantum habuerit in scripturas sanctas studij ut
etiam hebream linguam contra etatis gentisque sue naturam
edisseret. et exceptis septuaginta interpretibus alias quoque
editiones in unum congregaret. aquile. scilicet pontici profeliti
et theodotiois hebionei. et summachi eiusdem dogmatis qui
in euangelium quoque iuxta matheum scripsit comentarios de
quo et suum dogma affirmare conatur. **P**reterea quintam et

sextam et septimā editionē. quas et nos de eius bibliotheca habemus miro labore reperit. et cum ceteris editionibus comparauit. Et quia iudicem operis eius in voluminibus epistolarum quas ad paulum scripsimus in quadam epistola contra varronis opera conferens posui nunc omitto. Illud de immortali eius ingenio non tacens quod dyalecticam quoque et geometriam et astronomiam et arithmetricam musicam. gramaticam et rethoricam. omniumque philosophorum sectas ita didicit. ut studiosos quoque secularium litterarum sectatores haberet et interpretaretur eius cotidie concursusque ad eum mirifice fierent. Quos ille propterea recipiebat ut sub occasione secularis litterature in fide christi institueret. De crudelitate autem persecutionis que aduersum christianos sub decio consurrexit. eo quod in religione philippi deseruissent quem iter fecerat superfluum est dicere. cum etiam fabianus romane ecclesie episcopus in ipsa occubuerit: et alexander. et habilas iherosolimorum et anthiochene ecclesie pontifices in carcere pro confessione christi dormierint. Et si quis super origenis statu scire velit quid actum sit ei: primum quidem de epistolis eius que post persecutionem ad diuersos misse sunt: deinde et de sexto eusebii cesariensis ecclesiastice hystorie libro pro eodem origine sex voluminibus possit liquido cognoscere. vixit usque ad gallum et volusianum id est usque ad sexagesimum nonum etatis sue annum. et mortuus est tyri in qua vrbe sepultus est.

Capitulum. lv.

Ammoni⁹ vir disert⁹ et valde eruditus in phiā eodem tpe alexandrie clar⁹ habit⁹ est. Qui inter multa ingenij et preclara monimenta. etiam de consonantia moysi et ihesu opus elegans composuit. Et euangelicos canones excogitauit que postea secutus est eusebi⁹ cesarienses. Hunc falso accusat

porphirius q̄ ex cristiano ethnicus fuerit cum constat eum
vsq; ad extremam vitā cristianum pseuerasse. ¶ Ca. lvi.

Ambrosius primum marcionites deinde ab origine cor
rectus ecclesie dyacon⁹ et cofessionis dnice gloria in
signis fuit. Cui pro theotisto p̄sbitero liber origenis de mar
tiro scribitur. Huius industria et sumptu et īstantia ad hūc
īfinita origenes dictauit volumina. Sed et ipse quippe et vir
nobilis non inelegantis ingenij fuit sicut eius ad origenem
epistole indicio sunt. Obiit aut ante mortem origenis et in
hoc a plerisq; rephenditur q̄ vir locuples amici sui senis et
pauperis moriens non recordatus est. ¶ Ca. lvij.

Tifon origenis auditor ad quem non nulle eius extāt
epistole in scripturis eruditissimus fuit. quod quidem
et multa eius sparsim ostendunt opuscula sed precipue liber
quem composuit de vacca rufa in deuteromio et de coequa
libus etate animalibus et de visionibus que in coluba et tur
ture ab abraham ponuntur in genesi. ¶ Ca. lvij.

Minucij felix rome īsignis causidic⁹ scripsit altercatiōis
dyalogum cristiani et heretici disputantis qui octau⁹
inscribitur. Sed et alius sub nomine eius fertur de fato vel
contra mathematicos qui cum et ipse sit disertus hominis nō
michi videtur cum superioris libri stilo conuenire. Meminit
hui⁹ minucij lactantius in libris suis. ¶ Ca. lix

Olius sub zepherino romane vrbis episcopo. i. anto
nino seueri filio disputationem aduersus proculū mon
tani sectatozem valde insignem habuit arguens eum temeri
tatis super noua propheta defendenda et in eodem volumie
epistolas quoq; pauli tredecim enumerans quartamdecimam
que fertur ad hebreos dicit nō eius esse. Sed et apud roma
nos vsq; hodie quasi pauli apostoli non habet. ¶ Ca. lx.

Berillus arabie bostrenus episcopus cum aliquanto tē-
pore gloriose rexisset ecclesiam ad extremum lapsus ī
heresim que cristum ante incarnationem fuisse negat ab ori-
gene correctus scripsit varia opuscula et maxime epistolas in
quibus origeni gratias agit. Sed et origenis ad eum littere
sunt et extat dyalogus origenis et berilli. in quo hereseos co-
arguitur. Claruit autem sub alexandro māmee filio et maxi-
mino qui ei imperio successit. **¶ Capit. lxi.**

Politus cuiusdam ecclesie episcopus nomē quidem vr-
bis scire non potui. in ratione pasche et temporum ca-
none quem scripsit vsqz ad primum annum alexandri impe-
ratoris sedecim annorum circulum quem greci ezacaterim. i.
sex et decem annorum vocant repperit. et eusebio qui super
eodem pasche canone nouemdecim annorum circulum enne-
laecaterim. i. decem nouenalem composuit occasionem dedit.
Scripsit nō nullos in scripturas cōmētarios e quibz hec rep-
peri. In examerō et in exodo. et ī cāticū cāticōz. In genesim
et zachariā. de psalmis. In ysaiam. In danielem. In apocalip-
sim. In prouerbia. In ecclesiasten. de saul et phitonissa. De
ātiypo. De resurrectiōe cōtra marcionē. De pascha. Aduersz
oēs hereses epicoia. i. narrationē iā de laude saluatoris ī qua
pnte origene eloqui ī eccia significat. In hni9 emulationem
ābrofi9 quē de marciois heresi ad verā fidē correctū diximus
cohortat9 ē. origenē in scripturas cōmētarios scribere pbes
ei septē et eo āplius notarios eozqz expensas hīs librariorz
paz numez. et qđ hīs mai9 est incredibili studio cotidie ab
eo opus exigens. Pn et in quadā eplā ertoauogten. i. opis
expulsozē eum origenes vocat. **¶ Capit. lxij.**

Alexander episcopus cappadotie cum desiderio sandoz
locozum iherosolimam pergeret: et narcissus episcop9

eiusdem urbis iam senex regeret ecclesiam narcisso et multis clericorum eis reuelatum est altera die mane intrare episcopum qui adiutor sacerdotalis cathedre esse deberet. Itaque re ita completa ut supradicta fuerant: cunctis palestine episcopis in unum congregatis: anuente quoque ipso vel maxime narcisso iherosolimitane ecclesie cum eo gubernaculum suscepit. **Hic** in fine cuiusdam epistole. quam scripsit ad antinoydas: ita super pace ecclesie ait. **Salutat** vos narcissus qui ante me hic episcopale locum tenuit. et nunc eundem mecum orationibus regit: annos natus circiter centum sedecim: et vos mecum precatur ut unum idemque sapiatis. **Scripsit** et aliam ad antiochenenses per clementem presbiterum alexandrie de quo supradiximus nec non ad ozigenem et pro ozigene contra demetrium eo quod iuxta testimonium demetrii presbiterum eum constituit. **Sed** et alie eius ad diuersos feruntur epistole. **Septima** autem persecutione sub decio quo tempore babilas antiochie passus est ductus est cesaream et clausus in carcere ob confessionem christi martirio coronatur. **Ca. lxiij.**

Iulius africanus cuius quinque de temporibus extant volumina sub imperatore marco aurelio antonino qui macrino successerat legationem pro instauratione urbis emaus suscepit que postea in copolis appellata est. **Huius** est epistola ad ozigenem super questione susanne eo quod dicat in hebraico hanc fabulam non haberi nec conuenire cum hebraica etimologia apotu prinu prise kai apotu chinou chisau. i. ozigie prino percutiaris: et a scino scindaris contra quem doctam epistolam scripsit ozigenes. **Extat** eius ad aristidem altera epistola in quo super dyaphonia que videtur esse in genealogia saluatoris apud matheum et lucam plenissime disputat

Capitulum. lxiij.

O Eminus anthiochene ecclesie presbiter pauca ingenij sui monumenta composuit florens sub alexandro principe et ep̄o vrbis sue zebēnio vel maxie eo tpe quo eraclas alexandrine ecclesie pontifex est ordinatus. **¶ Ca. lxx.**

Theodorius qui postea gregorius appellatus est gneo cesaree ponti episcopus ad modum adolescens. ob studia grecarum et latinarum litterarum de cappadocia berintum. et idē cesaream palestine perrexit iūcto sibi fratre athenodoro Quorum cum egregiam indolem vidisset origenes cohortat⁹ est eos ad philosophiam in qua paulatim fidem cristi subintroducens. sui q̄ sectatores reddidit. Quinquennio itaq̄ eruditi ab eo remittuntur ad matrem. **E** quibus theodorius proficissens panegiricum. **E**nchariseon id est graciaram scripsit origeni et conuocata grandi frequentia. ipso q̄ origene presente recitauit qui vsq̄ hodie extat. **S**cripsit metaphrasin. i. interpretationem in ecclesiasten breuē quidem sed valde vtilē. **E**t alie huius vulgo feruntur epistole de fide. **S**ed prepe signa ac miracula que iam episcop⁹ cum multa ecclesiaz gloria perpetravit extant. **¶ Capit. lxxvi.**

Ornelius romane vrbis ep̄s ad quē octo cypriani extant eplē: scripsit eplām ad fabiū āthiochene ecclesie ep̄m de sinodo romana. et italica et affricana: et aliam de nouaciano. et de hīs qui lapsi sunt terciā. **D**e gestis sinodi quartā ad eūdem fabiū valde prolixā: et nouacione hereseos causas et anathema continentem. **R**exit ecclesiā sub gallo et volusiano annis duodecim. **C**ui ob cristi martiriū coronato: successit lucius. **¶ Capitulum. lxxvii.**

Oprian⁹ afer. i. affrican⁹ primū rethoricā gloriose docuit: exiñ suadente pb̄o cecilio a quo cognomētū sortitus ē xpian⁹ factus: oēm substātiā suā pauperib⁹ erogauit.

ac post non multum temporis electus in presbiterum: etiam episcopus carthaginis constitutus est. Huius ingenij superfluū est indicē texere: cum sole clariora sint eius opa. Passus est sub valeriano et galieno principibus persecutione octaua: eodem die quo rome cornelius: sed non eodem anno.

Capit. lxviii.

Poncicus dyaconus cypriani. vsq; ad diē passionis eius. cum ipso exilium sustinens: egregium volumen vite et passionis cypriani reliquit.

Capit. lxx.

Dionisius alexandrine vrbis episcopus sub eracla presbitero scolam doctrinaz presbiter tenuit: et origenis insignissimus auditor fuit. Hic ī cypriani. et africane synodi dogma consentiens de hereticis rebaptisandis plurimas ad diuersos misit epistolas: que vsq; hodie extant. Sed et ad fabium anthiochene ecclesie episcopum scripsit. et ad romanos per ypolitum alteram: et ad sixtum qui stephano successerat duas epistolas: et ad philemonem. et ad dyonisium romane vrbis presbiteros duas: et ad eundem dyonisium postea rome episcopum vnam et ad nouacianum vnam causantem q̄ inuitus rome ordinatus sit. Cuius epistole hoc exordium est. Dyonisius nouaciano fratri salutem. Si inuitus vt dicis ordinatus es: probabis cum volens recesseris. Est eius ad dyonisium et ad didimum altera epistola eortatikai .i. solēpnis de pascha plurima declamatorio sermone cōscripta: et ad alexandrinam ecclesiam de exilio. et ad araclam in egypto episcopum: et alia de mortalitate et sabbato et proparatione et ad harmamonem: et alia de persecutione decij. Et duo libri aduersus nepotem episcopum qui mille camoz corporale regnum scriptis affirmat: in quibus et de apocalipsi iohannis diligentissime disputat: et aduersus scabellū

et ad amouem heronitis ep̄m. et ad theophorum et ad eufranonem. Et quatuor libri ad dyonisiū romane urbis ep̄m et ad loadicenses de penitentiā. Itē ad canonē de penitentiā. Ad originem de martirio. Ad armenios. De penitentiā. et de ordine delictorum. De natura ad thimotheum. De temptationibus ad naufranonem. Ad basilidem quoq; multe episto-
le in quarum vna asserit se etiam in ecclesiasten cepisse scribere commentarios. Sed et aduersus paulum samosatenum ante paucos dies q̄ moreretur insignis eius fertur epistola. Moritur autem. xñ galiēni et valeriani anno. **Ca. lxx.**

Douacius romane urbis p̄s biter aduersus cornelium cathedram sacerdotalem conatus iuadere nouatianorū q̄ greco dicitur. kathareo. i. mundorū dogma cōstituit nolēs apostatas suscipere penitentes. Huius auctor nouatus cypriani p̄s biter fuit. Scripsit autē de pascha de sabbato. De circumcissione. De sacerdote. De oratione. De cibis iudaicis. De instantia. de acculo multaq; alia. De trinitate grande volumen quasi epitomē. i. breuiariū. vel memoriā opis terculiani faciens. quod plurimi nescientes cypriani estimant.

Capitulum. lxxi.

Melchion disertissimus anthiochene ecclesie p̄s biter quippe qui in eadem vrbe rethoricā florentissime docuerat: aduersus paulum samosatenum qui anthiochene ecclesie ep̄s dogma arthemonis instaurarat excipientib; notarijs disputauit libꝝ. qui vsq; hodie dyologus extat. Sed et alia gr̄adis epistola ex p̄sona synodi ab eo scripta ad dyonisiū et maximū romane et alexandrine ecc̄ie ep̄os directā. Floruit s̄. claudio et aureliano principib;. **Capit. lxxij.**

Archelaus episcopus mesopotamie librum disputationis sue quem habuit aduersum manicheum exeuntem

de perſide. ſyro ſermone compoſuit qui tranſlatus in grecum habetur a multis. Claruit ſub imperatoze probo. qui aureliano tacio ꝑ ſucceſſerat. **¶ Capit. lxxiij.**

Atholius alexandrinus laodicie ſyrie epiſcopus ſub probo et caro imperatozibus flozuit mire doctrie vir in arifmetrica geometria aſtronomia gramatica rethorica dyaletica. Cuius ingenij magnitudinem. de volumine quod ſuper paſcha compoſuit et de decem libris arifmetrice inſtructionis. intelligere poſſumus. **¶ Capit. lxxiiij.**

Adozin? pictabionenſis epiſcopus non eque latine vt grece nouerat: vnde opera eius grandia ſenſibus: viliora videntur compoſitione verborum. Sunt autem et comen tarij eius in geneſim. In exodum. In leuiticum. In pſayam. In ezechielem. In abacuc. In eccleſiaſten. In canticum canticoꝝ. In apocalipſim iohannis et aduerſus omnes hereſes et multa alia. Ad extremu martirio coronat? e. **¶ Ca. lxxv.**

Pamphil? pꝛeſbiter euſebij ceſarienſis epiſcopi neceſſari? tato bibliotheca diuine amoꝛe flagrauit. vt maximam partem origenis voluminu ſua manu deſcriberet. que vſqꝫ hodie in ceſarienſi bibliotheca habentur. Sed et i. xij. pꝛophetas viginti quinque ezeſeon. i. queſtionum origenis volumina manu ſua exarata repperi. que tanto amplectoꝛ et ſeruo gaudio et creſi opes habere me credam. Si enim leticie eſt vnam epiſtolam habere martiris: quantomagis tot milia verſuum que michi videntur ſui ſanguinis ſignalle veſtigia. Scripſit anteꝑ euſebius ceſarienſis apologeticon. i. excuſabilem pꝛo origine et paſſus eſt ceſaree paleſtine ſub perſecutione maximini. **¶ Ca. lxxvi.**

Perius alexandrine eccleſie pꝛeſbiter. ſub claro et dioleciano pꝛincipib? eo tꝛe quo eadem eccleſia theonas

ep̄s regebat florentissime populos docuit. et ī tantā sermonis
diuersoꝝq; tractatū qui vsq; hodie extāt deuenit elegantia
vt origenis iunior vocaretur. Constat hunc mire askeseon. i.
inopie et appetitoꝝe volūtarie paupertatis sciētissimūq; dyale
tice et rethorice artis post p̄secutionē ōne vite sue tēp̄d rome
fuisse versatū. **H**ui⁹ ē lōgissim⁹ tractat⁹ in osee propheta. quē
ī p̄uilegio pasche habitū ipse sermo demōstrat. **¶ Capit. lxxviij.**

Lucianus vir disertissim⁹ āthiochene ecclesie p̄br. p̄
mod⁹ nicomedie ep̄s tm̄ in scripturaz studio laborauit
et vsq; hodie quedā exēplaria scripturaz luciani nūcupent̄.
Ferunt̄ ei⁹ de fide libelli et breues ad nōnullos ep̄le. **P**assus
est nicomedie ob confessionē xp̄i. sub p̄secutione maximū se
pultusq; ē helenopoli bithimie. **¶ Capit. lxxviij.**

Phileas de vrbe egypti que vocat̄ thebais. nobilis ge
nere et nō puis opib⁹ suscepto episcopatu elegātissimū
libꝝ de martiz laude cōposuit. et disputaōe actoz h̄ita aduer
sum iudicem qui eū sacrificare cogebat pro xp̄o capite trun
catur. eodem ī egypto auctoze p̄secutiōis quo lucianus nico
medie. **¶ Capitulum. lxxix.**

Arnobius sub dyocleciano p̄ncipe apud affricā flozē
tissime rethoricam docuit. **S**cripsit aduersum gentes
duo volumina que vulgo extant. **¶ Capit. lxxx.**

Hermianus qui et lactantius arnobij discipul⁹ sub dy
ocleciano p̄ncipe aditus cum flauio gramatico. cui⁹
de medicina libri versu cōpositi extāt. nicomedie rethoricām
docuit ac penuria discipulorum ob grecam videlicet ciuita
tem ad scribendum se contulit. **H**abemus eius simphosiu. i.
similitudinem quē adolescentulus scripsit in scolis affrice et
odepozico. i. viaticū vel itinera de affrica vsq; ī nicōediā exa
metris de scriptū versib⁹. et aliū libꝝ qui inscribit̄ gramatic⁹

et alium pulcherrimum de ira dei et institutionū diuinarū.
Aduersum gentes libros septem epitomē. i. breuiarium eius
dem operis in libro iaketalo. i. visionis vel memorie dei et
ad asclepiadem libros duos. **D**e persecutione librum vnum.
Ad probum epistolarum libros quatuor. **A**d seuerum episto-
larum libros duos. **A**d demetrium auditorem suum epistolaz
libros tres. et ad eundē de opificio dei vel formationis hoīm
librum vnū. **H**ic in extrema senectute magister cesaris criski
filij constantini in gallia fuit qui postea a patre interfecit ē.

Capit. lxxxi.

Theobius cesaree palestine ep̄s ī scripturis diuinis stu-
diosissimus. et bibliotheca diuine cum pamphilo mar-
tire diligentissimus peruestigatoz eiddit infinita volumina
de quibus sunt hec euangelice apolizeon. i. euangelice exposi-
tionis libri viginti euangelica epzoparaskenes. i. euangeli-
carum preparationum libri quindecim. **T**heophanias. i. appa-
ritionis libri quinque. **E**cclēsiastice hystorie libri decem. **I**n
cronicozum canonum omnimodam hystoriam et eorum epi-
tomen. i. breuiarium: et de euangeliozum dyaphonia. i. disso-
nantia. **E**t in psaiam libri decem. **E**t contra porphirium qui
eodem tempore scribebat in sicilia vt quidam putant libri
triginta. de quibus ad me viginti tm̄ peruenerunt topicon
.i. mortalium libz vnum apologim pro origie libros sex. **D**e
vita pamphili libri tres. **D**e martiribus alia opuscula et in
centum quinquaginta psalmos eruditissimos commentarios
et alia multa. **F**loruit maxime sub cōstantino imperatoze et
constantio et ab amiciciam pamphili martiris cognomentū
ab eo sortitus est. **Capit. lxxxiij.**

Reticus eduozum. i. augustudunēsis episcopus sub cō-
stantino celeberrime fame habitus est ī gallia. **L**egunt

eius cōmentarij in canticum canticorū et aliud grande volu-
men aduersus nouacianū nec p̄ter hec opum eius quit̄q̄
legi.

Capitulum. lxxxiiij.

Methodius olipi licie et postea tyri ep̄s. nitidi cōpositi
q̄ sermonis aduersus porphirium confecit libros et
simphosium. i. similitudinē decem virginū. et de resurrectione
opus egregium contra origenem: et aduersus eundem de phi-
tonissa et de aotezozoy. i. aīe exitum. In genesimq̄ et in can-
ticum canticorū cōmentarios et multa alia que vulgo laudat̄
tur. Ad extremum nouissime p̄secutiōis siue. vt alij affirmāt
sub decio et valeriano in calcide grecie martirio coronat̄ ē.

Capitulum. lxxxiiij.

Iuentus nobilissimi generis hispanus p̄br. quatuor
euangelia exametris versibus ad verbum pene trāsse-
rens. quatuor libros exposuit. et nō nulla eodē metro ad sa-
cramentorū ordinē p̄tinētia. Floruit sub cōstantino p̄cipe.

Capitulum. lxxxv.

Eustasius genere p̄philus. primum berie sirie ep̄s. de-
inde anchiochie rex̄it ecclesiam aduersus arrianū dog-
ma multa cōponens sub constantio p̄incipe pulsus est in exi-
lium traianopolim tracie. vbi et vsq̄ hodie condit̄ est. Ex-
tāt eius volūa de aīa de entasrimeiteon aduersum origenē.
et infinite epistole quas enumerare longū ē.

Ca. lxxxvi.

Marcellus anciranus ep̄s. sub cōstantino et cōstantio p̄ci-
pib̄ floruit. multaq̄ diuersarū expositionū scripsit vo-
lūa et maxie aduersus arrianos. Ferūt cōtra hūc astirij et
appolliaris libri sabelliāe eū hereseos arguētes. Sed et hy-
larij i. viij. aduersus arriaōs libro noīs ei⁹ quasi heretici me-
minit. Porro ille defēdit se nō eē dogmatis cui⁹ acusat̄. sed
cōiōis iulij et athanasii romāe et alexādrīe vrbis pōtificū.

Capitulum. lxxxvii.

Athanasius alexandrine vrbis ep̄s multa arrianorum
perpessus insidijs ad constantem galliarum principem
fugit. Unde reuersus cum litteris rursus post mortem illius
fugatus est. et vsq; ad iouiniani imperium latuit a quo recep
ta ecclesia sub valente morit̄. Feruntur eius aduersum gētes
duo libri: et contra valentem et vrsatium liber vnus. De vir
ginitate liber vnus. De persecutionibus arrianorum plurimi
et de psalmozum titul̄. Et hystoria anthoni monachi vitam
continens. eozastikai. i. castigationis epistole. et multa alia
que enumerare longum est. **Capit. lxxxviii.**

Anthonius monachus cuius vitam athanasius alexan
drinus episcopus in signi volumine p̄secutus est. mi
sit egyptiace ad diuersa monasteria apostolici sensus sermo
nisq; septem epistolas. que in grecam latinam translate sunt
quarum p̄cipua est ad arsenoitas. Floruit constantino et filijs
eius regnantibus. **Ca. lxxxix.**

Basiliius anciranus episcopus artis medicine scripsit cō
tra marcellum et de virginitate librū et nō nulla alia
et sub regio constantino macedoniane partis cum eustasio
sebasteno principe fuit. **Ca. xc.**

Theodorius heraclee traciarum episcopus elegantis ap
t̄iq; sermonis et magis hystorice intelligentie edidit
sub constantino principe cōmentarios in matheū et in iohā
nem et in apostolum et in psalterium. **Ca. xci.**

Sebeius emisenus episcopus elegantis et rethorici in
genij innumerabiles et qui ad plausum populi p̄tineāt
confecit libros magisq; hystoriam secutus est ab h̄is qui de
clamare splendide loqui volunt studiosissime legunt̄. Et quib̄
vel p̄cipue sunt aduersus iudeos et gentes et nouacianos.

Et in eplam ad galathas ypotheseon. i. expositionū libri de
cem et in euangeliā omelie breues sed plurime. Floruit tem
pibus constantij imperatoris sub quo et mortuus āthiochie
sepultus est. **¶ Capitulum. xcij.**

Quiphili? cipzilitensis siue leuconteon ep̄s eloquentissi
mus sue etatis et sub rege constantio celeberrim⁹ fuit
Legi eius ī canticum canticorum cōmentarios et multa alia
cōposuisse fert̄ que in nostras manus minime puenerunt.

¶ Capitulum. xcij.

Donacius a quo donaciani p̄ affricam sub constantino
cōstantioq; principibus pullulauerunt. asserens a nos
tris scripturas in persecutione ethnicis traditas totam pene
affricam et maxime mimidiam sua persuasione decepit. Ex
tant eius multa ad suam heresim pertinentia opuscula et de
spiritu sancto liber arriano dogmati congruens.

¶ Capitulum. xciiij.

Asterius arriane philosophus factione scripsit regnāte
constantio in epistolam ad romanos et in euangelia
et in psalmos cōmentarios et multa alia. que a sue partis ho
minibus studiosissime leguntur. **¶ Ca. xcvi.**

Iucifer caralitanus episcopus cum p̄acratio et hylario
romane ecclesie clericis ad constantium imperatorem
a liberio episcopo p̄o fide legatus missus. cum nollet sub no
mine athanasii nicenā dāpnare fidē ī palestinā relegat̄ mire
cōstantie et p̄parati animi ad martiriū. Contra cōstatiū īpe
ratore scripsit libros. eiq; legēdos misit. ac nō multa post iu
liano p̄ncipe reuersus caralis valentiniano regnante obiit.

¶ Capitulum. xcvi.

Eusebius natione sardus ex
lectore urbis rome vercellensis ep̄s ob confessionem
fidei a cōstatio p̄ncipe scitopoli. et iude cappadotiā relegat⁹

sub iuliano ipatoze ad ecclesiam reuersus. edidit in psalmos
comentarios eusebii cesariensis. quos et greco in latinum verterat
et mortuus valentiniano et valente regnantibus. **¶ Ca. xcvij.**

Hortunatus natione afer aquileiensis episcopus in
ante constantio in euangelio titulis ordinatis breui ser-
mone rusticorum conscripsit comentarios. Et in hoc habet de
testabilis quod liberium romane urbis episcopi pro fide ad exilium
pergentem. primum sollicitauit et fregit et ad superscriptionem
hereseos compulit. **¶ Ca. xcviij.**

Acacius quem quia luscus erat monothalmon monoculum
nuncupabant cesariensis ecclesie in palestina episcopus. elabo-
rabat in ecclesiasten. xvij. volumina. et sinoktezetnyaton
.i. dogmata populorum sex et multos preterea diuersos que trac-
tatus composuit. In tantum autem sub constantio imperatore
claruit ut in locum liberii episcopi rome felicem arrianum episcopi
constitueret. **¶ Capit. xcix.**

Serapion timeus episcopus qui ob elegantiam ingenii
scolastici cognomen meruit. carus anthonii monachi
edidit aduersum manicheum egregium librum. et de psalmorum
titulis alium. et ad diuersos utiles epistolas et sub constantio
principis etiam in confessione iclicitus fuit. **¶ Ca. C.**

Marius pictauorum aquitanice episcopus factione saturinni
harelatis episcopi de synodo bituriensi frigidam relegatus
duodecim aduersus arrianos confecit libros et alium librum de
synodis quem ad galliarum episcopos scripsit. Et in psalmos
comentarios in primum videlicet et secundum et a quinquag-
esimo primo usque ad sexagesimum secundum et a centesimo octauo
decimo usque ad centesimum sexagesimum. In quo opere imitatus ori-
genem non nulla etiam de suo addidit. Est eius ad constantium
libellus quem viuenti constantino poli porrexit. et alius in

constantium quem post mortem eius scripsit . et alius liber
aduersus valentem et versatium hystoriā ariminensis et si-
leuciensis sinodi continens . et ad p̄fectum salustium siue cō-
tra dyoscorum . et liber ymnorum et misteriorum alius . et cō-
mentarij in matheum et tractatus in iob quos de greco ori-
genis ad sensus trāstulit . et ali⁹ elegās libell⁹ contra auxen-
tium et nōnulle ad diuersos ep̄le. **M**unt quidā scripsisse eū
in cantica canticorum sed a nobis hoc opus ignorat̄. **M**ortu⁹
ē pictauis valentiniano et valente regnantib⁹. **Ca. ci.**

Adozin⁹ natiōe afer rome sub cōstatio p̄cipe rethoricā
docuit . et ī extrēa senectute xp̄i se tradens fidei scripsit
aduersū arrianos libros more dyalectico valde obscuros . qui
nisi ab eruditis nō itelligū̄ et cōmētarios ī aplm̄. **Ca. cii.**

Vtus bostrenus episcopus sub iuliano et iouiniano
p̄cipib⁹ fortes aduersū manicheos scripsit libros et
nōnulla alia voluīa. **M**ortē sub valēte p̄cipe. **Ca. ciiij.**

Damasus romane vrbis episcop⁹ . elegans in versiculis
componendis ingenium habuit. **M**ultaque et breuia
opuscula heroyco metro edidit . et prope octogenarius sub
theodosio p̄ncipe morit̄. **Capit. ciiij.**

Hollinaris laodicenus syrie episcopus patre presbi-
tero . magis gramaticis in adolescencia operam dedit .
et postea ī sanctas scripturas innumerabilia scribens . sub the-
odosio īperatore obiit. **E**xtāt ei⁹ ad porphiriū triginta libri
qui inter cetera opa ei⁹ vel maxie probant̄. **Ca. cv.**

Regori⁹ boetic⁹ hilliberri ep̄s vsq; ī extremā senectu-
tē diuersos mediocri sermōe tractat⁹ cōposuit et de fi-
de elegātē libz qui hodieq; superesse dicit̄. **Ca. cvi.**

Pacian⁹ ī pirenis iugis bascinone ep̄s castitate et elo-
quentia et tam vita q̄ sermone clarus . scripsit varia

opuscula. de quibus est contra nouacianos liber et sub theodosio p̄cipe ad vltimā senectutē mortu⁹ ē. ¶ **Ca. cvij.**

Hortensius de gallo grecia marcelli discipul⁹ et firmi ep̄s ordinatus hebionis heresim instaurare conatus est. et postea a valētino p̄cipe pulsus ab ecclesia. plura cōscripsit volumina in quib⁹ vel p̄cipui sunt contra gentes et ad valentinianum libri. ¶ **Ca. cvij.**

Quadius agem galliā ep̄s edidit contra arrianos libz. Dicunt ei⁹ et alia esse opuscula que nec dū legi. Diuit vsqz hodie decrepita senectute. ¶ **Ca. cix.**

Didimus alexandrinus captus a puā etate oculis. et ab hoc elementoz q̄ ignar⁹ tm̄ miraculū sui oib⁹ prebuit vt dyalecticā q̄ et geometrā que vel maxime visu indigent vsqz ad p̄fectum didicerit. **H**ic plurima nobiliaqz conscripsit Cōmentarios in psalmos oēs. Cōmentarios in euangelia mathei et iohānis. **E**t de dogmatibus et cōtra arrianos libros duos. **E**t de spū sancto libz vnum quē ego in latinum verti **E**t in psalā thomos octodeci. **I**n osee ad me scribens cōmentariorum libros tres et in zachariā libros quinqz. et cōmentarios in iob et multa alia que digere propzij igenij sunt. Diuit vsqz hodie et octogesimum tertium etatis sue iā ānū excessit. ¶ **Capit. cx.**

Ottatus afer meliuitanus ep̄s ex p̄te catholici scripsit sub valētiniāno et valēte p̄cipib⁹ aduersū donaciāe ptis calūpnians libros sex in quibus asserit crimē donaticinoz in nos falso retorqueri. ¶ **Capit. cxi.**

Achilius seuer⁹ hyspan⁹ de genere illius seueri ad quē lactantij duo libri eplāz scripti sunt cōposuit volumē quasi odapozikon. i. itinerariū totius vite sue statū continēs tā p̄osa q̄ versib⁹ q̄ vocauit katastrophē. i. cōuersationē

siue peran. i. peram et sub valentiniano p̄ncipe moritur.

Capitulum. xij.

Quillus iherosolime ep̄s. sepe pulsus ab ecclesia. et receptus: ad extremum sub theodosio p̄ncipe: octo annis iconcussum ep̄atum tenuit. Extāt ei⁹ catheseon. i. doctrinarū opuscula que in adolescentia sua cōposuit. **Ca. cxij.**

Edizonius apud thespesium rethorem. cum gregorio nazanzeno episcopo adolescens. cesaree eruditus est: et eiusdem postea episcopus plurimo labore corruptā bibliothecam origenis et pampbili. in membranis instaurare conat⁹ est. et ad extremum sub theodosio p̄ncipe ecclesia pulsus ē. Ferunt⁹ ei⁹ varij multiplicēsque tractatus: quos nosse facile ē.

Capitulum. cxiiij.

Ephiphanius cypri salamine episcopus. scripsit aduersus omnes hereses libros. et multa alia. que ab eruditis propter sensum: et a simplicioribus propter verba quoque laudantur. Super est vsq; hodie: et ī extrema iam senectute varia cudit opuscula. **Capitulum. cxv.**

Effrem edissene ecclesie dyaconus multa syro sermone composuit opuscula: et ad tantam venit claritatem: ut post lectionem scripturarū publice in quibusdam ecclesiis. ei⁹ scripta recitent⁹. Legi de spū sancto ei⁹ volumen qđ quidā de syriaca lingua verterat: et acūmē sublimis īgenij etiā ī trāslatiōe cognoui. Decessit sub valēte p̄ncipe. **Ca. cxvi.**

Basilij cesaree capadotie que p̄ri⁹ mazacha vocabatur ep̄s egregi⁹ cōtra eunomiū elaborauit libros et de spū sancto volumē et ī examerō omelias. ix. et ascēcō. i. itellētū et breues variosq; tractat⁹. morit⁹ ip̄ate graciāno **Ca. cxvij.**

Gregorius nazanzenus episcopus vir eloquentissimus p̄ceptoz maus. ex quo scripturas illo explanāte didici.

ad triginta milia versuum oīa opa sua cōposuit. **E** quibus illa sunt de morte fratris cesarij perioi poptochi. i. de amoze iopie. **A**c laudes machabeoz. **L**audes cypriani. **L**audes athanasii. **L**audes maximi philosophi. post exiliū reuersi quē falso nomine quidā berona suscripserunt: quia est et alius liber vituperationē maximi eiusdem continens quasi non licuerit eundem et laudare et vituperare pro tpe. **E**t liber exametro versu virginitatis et nupciarū cōtra se differētū. **A**dversus euuomium libri duo. **D**e spiritu sancto liber vnus. **C**ontra iulianum imperatorem liber vnus. **S**ecutus est autē polemoniū dicendi character. **D**iuo q̄ se ep̄m in loco suo ordinans ruri vitam monachi exercuit. **D**ecessitq; añ hoc ferme triēnium sub theodosio p̄ncipe. **¶ Ca. cxviii.**

Iocius post athanasium arriane ptis ep̄s ad theodosiū p̄ncipē a quo expulsus est alexandrinam ecclesiam tenuit. **E**xtant solēpnes ei⁹ de pascha epistole et pauci varia rū ypocheseon. i. expositionū libelli. **¶ Ca. cxix**

Diodorus tharsensis ep̄s dum antiochie esset p̄s biter magis claruit. **E**xtant eius in apostolū cōmentarij et multa alia. ad eusebii magis emiseni caraderem pertinentia cuius cum sensum secutus sit eloquentiam imitari non potuit propter ignorantia seculariū l̄raz. **¶ Ca. cxx.**

Euomius arriane ptis euzazenus ep̄s in aptā hereseos sue prozumpens blasphemā vt quod illi tegunt iste publice fateatur vsq; hodie viuere dicitur in cappadocia et multa contra ecclesiam scribere ausus est. **R**ñderunt ei apollinaris. didimus. basilius cesariensis. gregorius nazanzenus et nifenus. **¶ Ca. cxxi.**

Discillianus abile ep̄s qui factioe hidacii et itacii treueris a maximo tyranno cesus est. edidit multa volūa

de quibus ad nos aliqua peruenerunt. **H**ic a nonnullis vsqz hodie gnostice. i. basilidis vel marcionis de quibus hereneus scripsit hereseos accusatur. defendentibus non ita eum sensisse ut arguitur. **¶ Capitulum. cxxij.**

Datronianus prouincie hyspanie vir valde eruditus et in merito ope veteribus copandus. cesus est et ipse treueris cum prescilliano felicissimo iuliano eutropio eiusdem factionis auctoribus. Extant eius ingenii opera diuersis metris edita..

¶ Capitulum. cxxiij.
Tiberianus boeci? scripsit pro suspitione qua cum prescilliano accusabat hereseos apollogeticum tumentum compositumque sermone. Sed post suorum cedem tedio victus exilium mutauit propositum. et iuxta sanctam scripturam canis reuersus ad vomitum suum. filiam deuotam christo virginem matrimonio copulauit sibi.

¶ Capitulum. cxxiiij.
Ambrosius mediolanensis episcopus vsqz in presentem diem scribit. de quo quia superest meum iudicium subtraham ne in alterutram partem aut adulatio in me reprehendat aut veritas. **¶ Capitulum. cxxv.**

Edagrius anthiochie episcopus acris et feruentis ingenii cum adhuc esset presbiter diuersarum hypotheseon. i. expositionum tractatus michi legit. quos nec dum edidit. Vitam quoque beati athanasi de greco athanasii in sermonem nostrum transtulit. **Ca. xxvi.**

Ambrosius alexandrinus auditor didimi scripsit aduersus apollinarem voluminem multorum versuum de dogmatibus et ut ad me nup quodam narrate platoni est. commentarios in iob qui vsqz hodie superest. **¶ Capit. cxxvij.**

Maximus presbiter natus alexandrie constantinopoli episcopus ordiatus et pulsus insignem de fide aduersus arrianos scripsit librum quem graciano imperatori mediolanum dedit. **¶ Ca. cxxviij.**

Oregozius nisen⁹ e⁹s frater basilij cesariensis añ pau-
cos annos michi et gregozio nazāzeno cōtra euuomi-
um legit libzoz qui et alia multa scripsisse et scribere dicit^r.

Capitulum.cxxix.

Iohānes āthiobene ecclesie pzel biter eusebij emisseni
diodoziqz sectatoz multa cōponere dicitur opuscula de
quibus vnum libz legi.

Ca.cxxx.

Oelafius cesaree palestine e⁹s post eunomium e⁹m ac-
curati limatiqz sermonis ferē quedā scribere capitula
sed celare.

Capit.cxxxii.

Quotimus scyrie thomozum.e⁹s in mozem dyalogoz
et veteris eloquētie breues comaticosqz tractatus edi-
dit. Audio eum et alia scribere.

Ca.cxxxiiij.

Dexter paciani filius de quo supradiximus clarus ad
seculū et cristi fidei deditus fertur ad me cōmodā hysto-
riam texuisse quā nondū legi.

Ca.cxxxv.

Amphiloehius yconij episcopus.nuper michi libzum le-
git de spiritu sancto. q^d deus et q^d adorandus q^dqz omni-
potens sit.

Capit.cxxxviij.

Sofronius vir adp^rime eruditus.laudes behleē adhuc
puer:et nuper de subuersione serapis insignē libzū cō-
posuit.De virginitate qz ad eustochium.et vitam hylariois
monachi.opuscula mea in grecū sermonē elegantissime trāstu-
lit. Psalteriū qz et p^rophetas quos nos de hebzeo sermone
in latinum vertimus.

Capit.cxxxv.

Veronimus natus p^re eusebio opido stridonis . q^d a
gothis euersum dalmacie quondā pannonieqz cōfiniū
fuit vsque in p^rntem annum .i.theodosii p^rincipis quartūdeci-
mum. Hec scripsi **V**itam pauli monachi. **E**pistolaz ad di-
uersos lizū vnum. **A**d heliodoz exhortatoriā. **A**ltercationē

luciferani et ortodoxi. Cronicon. i. tēporale oīmodē hystorie
 In iheremiam. et ezechiel omelias origenis viginti sex quas
 de greco in latinū verti. De saraphin. De osanna. De frugi et
 luxuriosis filijs. De tribus questionibus legis veteris omeli
 as tres. In canticum canticorū duas. Aduersus heluidiū vnā
 epistolam de virginitate marie perpetua. Ad eustochium de
 virginitate seruanda vnā. Ad marcellā epistolaz libz vnū
 Consolatoriā de morte filie sue ad paulā vnā. **I**n eplām
 pauli ad galathas cōmentariorum libros tres. Itē in episto
 lam ad ephesios cōmentariorū libros tres. In eplāz eiusdē ad
 eptum librum vnum. In epistolam ad philemonem librum
 vnum. In ecclesiasten cōmentarios. Questionum hebraicarū
 in genesim libz vnus. De locis librum vnum. Hebraicorum
 nomina librum vnum. De spū sancto didimi quem in latinū
 transtuli librum vnum. In luca omelias triginta nouē. In
 psalmos a decimo vsq; ad sextumdecimum tractatus septem.
 De captiuo monacho. Vitam beati hylarionis. **R**ouum
 testamentum grece fidei reddidi. Det⁹ iuxta hebraicum trās
 tuli. Epistolarū autē ad paulam et eustochium quia cotidie
 scribūtur incertus ē numerus. Preterea in micheā explana
 tionum libros duos. In naum libzū vnum. In abacuc libros
 duos. In sophoniam librum vnum. In aggeum librum vnū
 Multa et alia de opere prophetalī que nunc habeo in mani
 bus et necdum expleta sunt.

Liber beati iheronimi presbiteri.
De viris illustrib⁹. explicit felicit.